

Interea rebellantibus Vuasconibus in regione Aquitanie, cum Hunaldo duce filio Eodonis quondam, Carolumannus atque Pippinus principes et germani congregato exercitu Ligeris alveum apud Aurelianias urbem transeunt, Romanos proterunt, usque Bituricas urbem accedunt, suburbana ipsius igne comburunt. Hunoaldum ducem persequentes fugant, multa præda capta,..... inde victores circa tempus autumni reversi sunt. Eodem anno iteram exercitum moverunt contra Alemanno, supra fluvium Danubium castra metati sunt. Ibiique residentes, quo usque ipsi Alemanni victos se viderunt, obsides donant, jura promittunt, munera offerunt: et pacem petentes, eorum ditioni sese submittunt. Inde reversi anno secundo in Bavoariam commovent exercitum contra Ottilonem cognatum ipsorum rebellantem. Venientesque castra metati sunt super fluvium qui dicitur Lech. Bavoariorum exercitus ex alia parte. Hinc inde se mutuo videntes, usque ad xi diem Franci provocati irrisionibus gentis illius, periculo se dederunt per loca deserta et invia, ubi nullum iter unquam patebat cuiquam mortalium. Nocteque irruentes super eos, divisis exercitibus commissum est bellum. Prædictus dux Otilio cæsum exercitum suum videns, vix cum paucis turpiter ultra Ignem fluvium fugiendo evasit. His triumphis peractis, prædicti principes victores ad propria sunt reversi.

Evoluto itaque triennio, iterum Carolumannus confinium Saxonorum ipsis rebellantibus cum exercitu irripuit. Ibiique captis habitatoribus, qui suo regno affines esse videbantur, absque belli discriminè feliciter acquisivit. Plurimi eorum Christiani effecti, baptizati sunt. Per idem tempus, rebellante Theobaldo filio Godfridi ducis, Pippinus cum virtute exercitus sui eum a patria expulit. Illoque fugato, renovavit sibi ejusdem loci ducatum, atque exinde vitor redit. Sequenti anno præcelsi Germani provocati coturno Vuasconorum, iterum usque ad Ligerim fluvium pariter adunati venerunt. Quod videntes Vuascones, præoccupaverunt pacem petere, et voluntatem Pippini in omnibus se executuros pollicentes, innumeratum eum a finibus suis ut rediret

A precibus obtinuerunt. His ita transactis, sequenti anno dum Alemanni contra Carluminannum eorum fidem secesserint, ipse cum magno furore et exercitu in eorum patriam peraccessit, et plurimos eorum, qui rebelles exstiterant, gladio trucidavit. His ita gestis, sequenti anno Carolumannus devotionis causa instinctu succensus, regnum una cum filio suo Dronco manibus germani sui Pippini committens, ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli Romani in monastico ordine perseveraturus advenit. Qua successione Pippinus roboratur in regno.

Eodem anno Saxones rebellare conati sunt. Qua de causa Pippinus cum exercitu eos prævenire compulsa est. Cui etiam reges Vuinidorum et Frisorum ad auxiliandum uno animo occurrerunt. Quod videntes Saxones, timore compulsi sunt. Multi ex eis fuere trucidati, plures in captivitatem abducti, regiones eorum igni concrematae. Pacem petierunt, juri Francorum, ut mos fuerat, se submiserunt, et ea tributa, quæ Chlotario quondam solvebant, plenissima solutione ab eo tempore et deinceps se redditus promittunt. Ex quibus quoque plurima multitudo videntes se contra impetum Francorum rebellare non posse, propriis viribus destituti, petierunt sibi Christianitatis sacramenta conferri. Quo peracto tempore, Baioarii fidem, quam antea promiserant, fellunt. Qua de re princeps Pippinus commoto exercitu eorum patrias accessit. Ipsi vero ultra fluvium Igni cum uxoris ac liberis fugerunt. Præfatus princeps super ripam Igni castra metatus, navale prælium præparavit, qualiter eos usque ad internectionem persequeretur. Hoc videntes Baioarii se evadere non posse, legatos cum multis muniberis transmittunt, et ejus ditioni se subdunt, et sacramenta vel obsides donant, promittentes se ulterius rebelles non existuros. Ipse vero princeps in Franciam remeavit, et quievit terra a præliis duobus annis. Quo tempore cum consilio Francorum missa relatione, sedis apostolicæ auctoritate percepta, ipse Pippinus cum consensu Francorum et consecratione episcoporum sublimatur in regno.

[Hactenus codex ms.]

IX.

CHRONICON EPISCOPORUM METENSIVM

AUCTORE ANONYMO.

(Ex D. Calmeto, Hist. Lothar.)

* Viro huic præclaro successit dominus Angerannus [Al., Angelramne], in ordine trigesimus octavus. Hic archicapellanus palatii exstitit Caroli Magni. Hujus

* Viro huic præclaro. Is est Chrodegangus episcopus quo Paulus Diaconus in Gestis episcoporum Metensivm (hujuscemodi Patrologie tomo XCV, col. 699).

D tempore facta est imperatorum translatio Græcorum ad reges Francorum, hoc ut fertur modo: Leonem papam III Romani zelo furoris completi corripientes,

Chronicon hoc, quod ex D. Calmeto recidimus, incipit ab Angelranno episcopo, in quo Gesta sua clausit Paulus Diaconus.

oculis privare voluerunt, sed lumen ejus penitus extinguere non potuerunt. Qui ad Carolum confugiens, honorifice ab eo susceptus est, et cum potentia exercitus Romam reductus, suæ sedi est restitutus. Unde ab eodem papa Carolus Magnus in ecclesia beati Petri die natalis Domini unctionis est in imperatorem, anno ab Incarnatione Domini 801.

Præfatus Angeranus, inter cetera bene gesta, Novæ Celle monasterium construxit, in quo et quiescit. Rexit præsulatum annis 33 sub apostolicis Adriano, Leone præscriptio, et Stephano III. Obiit octavo Kal. Decembris ^a.

Sublimatur post hunc Gundulfus trigesimus nonus Metensis episcopus, conversatione ac fide venerandus. Sedit 6 annis tempore Ludovici Pii, sub apostolicis Paschale et Eugenio. Obiit vii Idus Septembris.

Post hunc quadragesimus ascendit ad apicem sacerdotii Metensis ecclesia Drogo, filius Caroli Magni imperatoris. Sedit annis 32 sub apostolicis Valentino, Gregorio IV, Sergio. Hic archiepiscopatus honore sublimatus est, et sacri palatii moderator ^b existit. Hic levavit corpus sanctæ Glodesindis virginis ab humo. Plurima egit magnifica, sicut qui vicem apostolicam gerebat eis Alpes per totam Galliam. Obiit in Burgundia vi Idus Novembris ^c. Corpus ejus inde relatum, sepelitur in ecclesia sancti Joannis evangelistæ Metensi, ubi et Ludovicus Pius imperator, frater ejus, quiescit feliciter. cum matre sua Hildegarda regina.

Successit eidem in præsulatu Adventius quadragesimus primus ex Metensibus liberiori genere natus. In ornamentis et thesauris ecclesiam beati Stephani ampliavit. Hujus temporibus Hincmarus Rhemorum archiepiscopus fuit, qui cum eodem Adventio Meti Carolum coronaverunt, fratre ^d ipsius Lothario divino judicio interempto. Hic Adventius sedet annis 47 sub apostolicis Leone VI, Benedicto, Nicolao, qui Thiegædum ^e Trevirensim et Guntherum Coloniensem archiepiscopos damnavit, fautores adulterii regis Lotharii, conciliumque quod Metis tenuerant cassavit. Præfatus Adventius Meti in capella sancti Galli sepultus est, et ii Kal. Octobris ^f obiit in villa Salto dicta, sub Adriano papa secundo.

Post hunc Walo quadragesimus secundus præsul est electus. Sedit annis 6, diebus 15 ^g sub apostolico Joanne VII ^h, a quo et pallium obtinuit. Hic Walo, dum cum suis contra Normannos, qui tunc Gallias incursabant, impari manu pugnat, obtruncatur iii Non. ⁱ Aprilis, Metimque relatus, in Ecclesia Salvatoris, quam ipse construxerat, sepelitur.

A Dominus Robertus reformator cenobiorum et murorum urbis, quadragesimus tertius huic succedit. Sedit annis 34 i sub apostolicis Joanne XI et Leone V, temporibus regum juniorum Carlomanni, et Lodoci, et Caroli. Hic Robertas genere fuit insigni Alamannorum; pallium a papa Romano promeruit; ornamenta cenobiorum multa vel mutavit, vel renovavit, cum muris senio collapsis. Obiit iv Non. Jan. Sepultus est in ecclesia sancti Galli.

Wigericus quadragesimus quartus succedit Roberto. Sedit annis 10, diebus 30. Obiit Metis xi Kal. Martii. His temporibus Hungari secundo Gallias vastantes, multas urbes ac ecclesias in cineres redegerunt, et plurium sanctorum reliquiae de loco ad locum translata sunt. Tum regnabat Arnulphus.

B Quadragesimus quintus digna memoria domus Adelbero successit Wigerico. Inter multa, Gorizense cenobium pene collapsum fundis et aedificis restituit, muro circumdedit; simili modo et sancti Arnulphi ecclesie in Meti multa commoda providit. Sedit annis 30 k, mensibus 9, diebus 25. Obiit vi Kal. Maii. Gorizæ sustinet resurrectionis diem.

Successit ejus insulæ pontificatus Theodericus quadragesimus sextus qui monasterium sancti Viacenii martyris in suburbio Metensi ^l aedificavit honorabiliter, multisque pignoribus sanctorum insignivit ab Italia secum devictis ^m. Hujus gesta habentur. Frustrat sub imperatore primo Ottone, filio Henrici regis Lotharingorum. Prefato Ottone ⁿ imperante, famosum bellum factum est in Calabria, inter ipsum et Saracenos, in quo innumerabilis multitudo Christianorum obeundo vicit xvii Kal. Augusti. Revelata est siquidem beato de Bajoaria Odelrico præsidi ^o laoris divinitas visio.

C Videbatur sibi videre justum Dominum judicem in scheme Jesu Christi sublimi solo residere, omnemque coeli ordinem circumstare. Examinatio statim parata est, questio ventilata, cui cederet victoria, Ethnico, an Christum professis. Iniquitas et peccatum Christianorum excraverat eo usque, quo judicaretur subjici gladio Saracenorum. Sanctus evigilans sacerdos, visionem manifestat exerciti. Orationibus igitur et jejuniis simul instant, spem suæ salutis in pura confessione ponentes. Interea multitudo vulgi fame ac inopia profligati, sese exerciti substrahentes, cum Saracenis disponunt confidere, malentes gladio quam fame perire. Pietas itaque divina semper consulens animarum saluti, permisit eos in præsentiarum interimi, quibus providit dari gloriam æternæ requieci.

D ^p Hac lacrymabili cæde peracta, vulgi militia, ignor-

^a Alias, vii Kal. Novemb., alias iv, et quibusdam v.

^b Id est archicapellanus.

^c Al., Decembris.

^d Lego, fratruel, id est, fratris filio.

^e AL, Theatgaudum et Guntherium.

^f Al., pridie Kal. Septembris.

^g Alias v.

^h Alias viii.

ⁱ iv Idus Aprilis, an. 883.

^j Alias xxxiii.

^k Al. xxxv.

^l In Insula urbis.

^m De ea translatione vide libellum editum tom. V.

Spicilegii, et verba Sigiberti ad an. 970.

ⁿ Sub Ottone II, obiit anno 984 Sigibert.

^o Udalrico Auguste Vindelicorum episcopo. De ea clade illata Ottoni I imperatori an. 469, videlicet id.

Sigibert. in Chron.

rante regali, denuo beatus praesul Odeericus in vi-
sum rapitur, et rursum (sicut primitus) cernit in
throne Redemptorem nostrum et judicem, cui glo-
riosa ipsius genitrix Maria, cum omnium celestium
ordine supplicabat ne conscientium sibi offensas ple-
cti pateretur triumpho gentili. Statera secundo
statuitur, et aequalitas utrorumque fidelium ac infi-
delium consideratur. Poenitentia fidelium procedens
ex gemitu mentis, preponderat naturalis justitiae
legis. Ecce adest et martyr Laurentius, cuius immi-
nebat dies festivus. Hic representans crudelitatem
tormentorum in se consummatorum, et compassionem
sui fidelium populorum, victoriam impetrat cum
caelesti cretu populo fidi. Sacerdos itaque festinus
mittit nuntium imperatori, hostique ut congrega-
diatur imperat. Facta congressione sub invocatione
Christi, et ejus martyris Laurentii, hostes terga ver-
tunt, fidelitas confortatur, impietas enervatur; et
ex illa tempestate festum sancti Laurentii celebrius
habetur.

Successit et huic consanguineus ejus Adelbero,
Metensium praesul quadragesimus septimus de quo
multa leguntur honeste descripta. Hic renovavit
coenobium sancti martyris Symphoriani; pricipue
tamen et alia a suis predecessoribus inchoata tan-
tum monasteria, ipse ad summum deduxit. Ejus
gesta qui vult dignoscere, dignetur quæ de eo
scripta sunt legere. Sedit annis 28. Obiit xviii Kal.
Januarii. Sepultus est in ecclesia sancti Sympho-
rianii, ubi et sancti Aepletius, Pappolus, Goericus,
Godo, Aptatus et Felix pontifices meritis insignes
quiescunt.

Quadragesimus octavus post hunc ascendit ad
episcopatum Theodericus secundus, qui monasterium
urbis principale sancto Stephano protomartyri con-
struxit, adepto ipsius brachio a Byzontica civitate*.
Inter ipsum autem et Henricum imperatorem dissen-
tione non modica orta, prædia multa ecclesiastica
pro auxilio distribuit per decennium, sicut refert
successio modernorum. Rexit cum potentia cathe-
dræ annis 30. Obiit ii Kal. Maii, sepultus in
ecclesia sancti Stephani. Et hujus tempore Guar-
rinus abbas sancto construxit basilicam Arnulpho,
quam sanctus Leo nonus dedicavit, privilegioque suo
sublimavit.

Huic sanctitate ac religione venerabilis Adelbero
quadragesimus nonus successit, pacis amator et
coenobiorum reparator. Hujus sub temporibus Ecclesiae
præfuerunt Romanæ sanctus Leo nonus, primo Leucorum episcopus; Stephanus, qui et Fridericus filius Gothelonis ducis; et Alexander, cui successit Hildebrandus, qui septimus dicitur Gregorius. Hic Adelbero prædiis suis ecclesiam sancti
Salvatoris infra urbem ampliavit, in qua quiescit.
Obiit Idus Novem., regnante Henrico secundo post
Conradum^b.

Hinc ab Ecclesia Leodiensi ascitus dominus He-

* Sive Byzantio. Lege Sigibert in annis 1004 et 1009. An. 1047 Sigibert.

A rimannus, ordinatus est Metensium praesul quinqua-
gesimus. Hoc tempore maximum schisma exortum
est inter regnum et sacerdotium. Imponebatur ita-
que rex super regem, papa super papam; et hoc
diutius perseveravit, ex quo disciplina discubuit a sua
vivacitate.

Hic Herimannus praesul admonitus visione, san-
ctum levavit ab humo Clementem, primum docto-
rem Metensium, et tertio die obiit: qui beatus Clemens ad matrem delatus ecclesiam, maximis
laetificavit populos miraculis per triduum. Defuncto
episcopo, nihil signorum ostendit per biduum, unde admirati cives, redditur tristes: sed mox
redditur laetitia, et aperitur causa. Revelatum est
cuidam namque religioso nomine Lubrico, funda-
tori ecclesiae sancti Petri de Monte Brianci, quod
intra dilationem illam signorum, beatus Clemens ante tribunal Christi pro anima predicti praesulis
cum diabolo acerrime decertavit. Objiciebatur enim
ei ab inimico quod metu mortis inconstanter egisset
inter dissensionem regni et sacerdotii, malens fuga
persecutiones et suæ pervasiones ecclesie, violato
sacramento (quod exigitur more imperiali) preve-
nire. At beatus Clemens pastor, sui suscipiens cau-
sam vicarii, pro singulis judici piissimo preces fun-
debat genu flexo. Quid plura? divina sui flexa
sacerdotis supplicatione censura, veniam induxit,
et maledicto silentium accusatori imperavit. Quam-
vis vero divinæ nulla sit mora efficacie, tamen quis
Trinitatis essentia in humanitatis Christi persona
C judicat oinonia, ex dispositionis ordine, dicuntur fieri
moræ.

Hic Herimannus episcopus ex ecclesia Leodiensi
assumptus, in ecclesia sancti Petri Metis est sepultus,
præsidente universalis Ecclesiae Gregorio VII, vacil-
lante imperio. Obiit iv Non. Maii, et cessavit episco-
patus multis annis.

Cum itaque mare saculi velut Africo et Aquilone
fluctuaret, catholici Metenses terrorem postponentes
imperiale, ex Ecclesia Treverensi dominum Pop-
ponem personam nobilem catholicis consentientem
elegerunt pontificem, celebrata consecratione ipsius
a legato apostolicæ sedis. Potestas imperialis alium
(scilicet Adalberonem) subinducere nitens, Meten-
ses fide firma restituerunt. Et sicut pridem duos
Brunonem ac Gualonem intrusos expulerunt, sic
et tertium Adalberonem, non sine multo labore ac
periculo suarum rerum excommunicatum deposne-
runt. Huic certamini velut signifer imperterritus,
et in omni conflicitu intrepidus dominus Adelbero,
post Treverensem archiepiscopum gloriosus, de
gradu in gradum promotus, ab ipsa (ut ita dicam)
pueritia pro fide catholica in castris Ecclesiae mili-
tavit, donec ex schismate trophaeum pacis inverxit
Ecclesiae.

Defuncto autem domino Poppone, qui provisor
pius exstitit clericis pro tempore, magnificum et

^b Henrici III filio, Conradi nepote.

nobilem virum, ex Viennensi archiepiscopatu assumptum dominum Stephanum apostolica consecratum benedictione in urbe Romana, palliique dignitate honoratum suæ vitæ curriculo (ecclesiae Treverensis salvo privilegio) in episcopum suscipiant. Qui quoniam adhuc vita floret, et zestate viget, tentatio sileat elationis orta ex peste adulteris, et preces fundantur Deo pro continuo ipius studio.

APPENDIX PRIMA,

Ab anno 1120 ad 1200 circiter.

Domino Popponi tam Burgundiorum quam Lothringorum excellenti genere clarus, sed virtute et animi nobilitate clarius dominus Stephanus, anno Domini 1120, videlicet anno Callisti papæ secundo successit. Hic Callisti ex sorore nepos, cum regaliam nondum ab Henrico quinto qui tunc temporis arcem tenebat imperii, recepisset, schismate inter regnum et sacerdotium adhuc durante, in urbe Romana ab eodem pontifice summo consecratus est, et tam pallii dignitate quam cardinalis titulo honoratus. Hic a civitate Metensi biennio et eo amplius (quia præmemorati principis gratiam needum habebat) exclusus, primos ordines in loco qui sancti Quintini mons dicitur, celebravit; et omnes curtes episcopatas a tyrannis, solo Rumuliaco excepto, occupatas, fratris sui comitis Barrensis aliorumque cognatorum et amicorum suorum fretus auxilio, celeritate mira recuperavit.

Idem in ipsa promotionis suæ recentia castrum Ferli, quod viatoribus per illas transeuntibus partes valde erat perniciosum; castrumque Ducis apud Vicum; et munitionem inter Vicum et Marsallam in loco pallustri sitam; simulque castrum comitis de Hoemborc, quod Marsallo adhærens, toti villæ onerosum damnosumque diu extiterat, in manu valida destruxit et complanavit.

Processu temporis gratia imperiali sibi conciliata, de virtute in virtutem sine intermissione consendens, castrum quod Ramberti-Villare dicitur, firmavit; castrumque nobile Lucelbore, quod ad ipsum jure hæreditario descenderat, beato contulit Stephano; et castrum Hoemborc [Hombourg] jure ab ipso feodalī descendens, post decessum comitis Hugonis a duce Lothringie occupatum, domini Friderici patris auxilio sibi et posteris suis acquisivit, libere omni ævo tenendum; acquisivit etiam sibi, et sua perpetuo ecclesiae castrum Viviers, et partem Ducis de Lemburc in castro Rucey, cum universis appendiciis. Castrum quoque Mirabel, et Falconis-Montem; rebelliones Danubrii et Aspermontis, firmatis ante ipsa castra munitionibus, viriliter perdomuit. Apud Spinal turrim quæ Moronis dicitur, a duce occupata, virtute recepit potenti; et multo post tempore castrum superiorius propter insolentiam, et immoderatos excessus advocati, juvante ipsum duce Matthæo, obsidione clausit et cepit. Et tunc dux in recompen-

sationem servitii hujus, jure feodi ab eo advocatum recepit Spinalensem. Et ipse dux versa vice, alodium, quod apud Vicum habebat, beato Stephanus Metensi contulit libere et quiete, et omni ævo tenendum

Idem pontifex venerandus castrum, quod Petra pertusata dicitur, cum anno integro et eo amplius, tribus munitionibus (quarum usque hodie vestigia apparent) in circuitu firmatis obsidione clausisset, tandem compulit ad deditioinem. Cum per castrum Deulewart graves ei injuriaæ illatae saepius fuissent, tandem expugnavit illud, et in favillam cineremque rededit. Nihilominus etiam turrim apud Thiecourt [Thiecourt ou Thiancourt] firmatam; et castrum in loco qui Walteri mons [Vatimont] dicitur situm, que episcopatum graviter infestabant, diruit ac subvertit. Nec est inter eximia gesta ejus reticendum, quod ipse tempore, quodam duce ei verram [La guerre, Verra ou Werra] inferente, castrum ipsius Prigny magnanimiter obsedit, illudque muris jam perforatis indubitanter cepisset, nisi victoriam jam paratam, jamque imminentem, impedisset frater suis comes Bartensis. Cujus gesta inclyla et annalibus digna enumerare, et litteris explicare si vellem, ante quidem membrana desiceret quam materia.

Cum annis 14 sub apostolicis Callisto, Honorio, Innocentio, Cœlestino, Lucio, Eugenio, Anastasio, Adriano, sub principibus Romanis Henrico V, Lothario, Conrado, Frederico sedisset, iv Kalendas Januarii, annis et meritis plenus, et in schismate Alexandri et Victoris, quod inchoatum jam fuerat, catholicus jam migravit ad Dominum, et iuxta chori [Stephani] introitum in dextera ipsius parte meruit sepeliri.

Huic an. Domini 1164 successit dominus Thedericus, fratris sui comitis Barrensis [Reginaldi] filius, vere ei tam moribus quam sanguine propinquus. Illi sollicitudo summa et cura specialis haec fuit, ut sub ipso metu justitiae tam prædonum quam latroonum coerceretur audacia, tutaque esset inter improbos innocentia; et ubi malitia dominari consueverat, frenaretur malignandi facultas. Hic paci et tranquilitati ecclesiarum, omniumque sibi creditorum commoditatibus ea providit diligentia, ut eum miles, clerus et populus, vererentur ut dominum et ut patrem diligenter. Hic malis et nocumentis que per castrum Habundanges, si alius quis homo potens adeptus illud fuisse, episcopatui quotidie possent inferri, provide et solerter occurrens, sibi ac suis ipsum acquisivit successoribus, domumque ibi edificavit egregiam.

Acquisivit nihilominus sibi et posteris suis Wernmespere et Radonis-villam [Forte, Raville]. Castrum Conflans [Conflans en Jarnisy] de firmo reddidit firmius, ipsumque palatio nobili decoravit. Idem cardinalibus Octaviani hæresiarchæ civitatem Metensem cum nuntio imperatoris satis pomposo ingressis, et clerum universum ad sacramentum obediens, idolo suo præstandum cogere volentibus, viriliter in

* Vel Petra pertusa, Pierre-percée, à l'orient de Badonviller.

facie restituit, ipsosque infecto prorsus propter quod venerant negotio, cum pudore et confusione omnimoda fecit recedere. Ex quo ejus facto quamplures imperii civitates æmulandæ virtutis, eosque similiter contempnendi, et exemplum sumpserunt et audaciam.

Sedit annis 9 et 7 mensibus sub pontifice summo Alexandro III, imperante Friderico; et propter pericula quæ ex schismate adhuc durante imminebant, ad sacerdotii gradum et consecrationem pontificalem concendere veritus, electus tantum et levita, tertio Idus Augusti, inter tot illius magni schismatis turbines et procellas scuto armatus fidei, catholicus decesit. Cujus sarcophagum a domni Stephani prædecessoris sui et patrui sepultura chori tantum dividit introitus, ut quos amor et sanguis in vita conjunxerat, modica et in morte separat locorum distantia.

Hic communi clericorum electione, et tam militum quam eivium applausu, successorem habuit nobilem virum et perpetua dignum memoria, dominum Fridericum de Plujosa. Hic beato Stephano Anerey aquisivit: cui tam ætate decrepita quam incurabili ægritudine laboranti, sed nunquam virilem animum, nunquam liberalitatem, nunquam curialitatem, cui a cunabulis deservierat, deponenti, optime divina in hoc providit miseratio, quod ipse suas et ecclesiarum sibi commissarum potestates ita conservavit indemes, ut nullam sub regimine ejus diminutionem nullumque prorsus detrimentum sentirent. Hic cum sub præmeinorato pontifice summo Alexandro, Friderico imperante, electus tantum et levita propter præfata schismatis pericula, duobus annis et totidem mensibus sedisset, v Kal. Octobris catholicus migravit ad Dominum. Sepultus est autem in oratorio quod sancti Galli dicitur, ante altare (sicut ipse in extremis agens expetierat) beati Joannis evangelistæ.

Successit huic filius ducis Lothoringiæ Theodericus quinquagesimus quintus, cuius pater dux Mauthæus, statim post filii intronizationem, castrum suum Surkes^b, quod jure allodii tenebat, beato Stephano Metensi facta solemniter super altare donatione constituit, et Spinalensem advocationem, quam ei dominus Stephanus contulerat, in ejusdem filii manum depositus, et penitus werpivit^c. Hic turrim in medio castri Luzeemburc [Luzembourg, entre Phalzbourg et Saverne] sitam, quam tunc temporis comes de Salverna [Sarverden] tenebat, sibi suisque successoribus, ipso comite capito recuperavit. Sedit annis 6 et paulo amplius sub papa Alexandro, et Friderico imperante avunculo suo. Qui et alia armis digna gessisset, nisi ejusdem Alexandri III manum sensisset validam, sua ob hoc electione cassata ab illo, quia infra ordines fuerat celebrata.

Hic, cum episcopatus per annum fere post ipsum vacasset, anno Domini 1180 habuit successorem dominum Bertrannum de Saxonie partibus oriundum, clarum quidem genere, et vite ac morum honestate

A omnimodis commendabilem, et tam divinæ quan humanae legis peritum egregie. Senserat et ipse, cum Bremensis esset electus, Alexandri III severitatem, ejus quoque electione sub causæ hujus prætextu cassata ab illo, quia fuerat infra ordines celebrata. Quod magis in odium Friderici imperatoris, cui ipse charus admodum et familiaris erat, quam amore justitiae factum publice fama prædicabat. Sed felix in ruina quæ reparatur in melius. Cecidit ibi ut fortior resurgeret. Divina nimurum huc eum voluit transferri ordinatio, ut hic amplius profliceret et fructum haberet uberiorem.

Ejus itaque apud nos rudimenta et opera prima hæc fuerunt. Vineas suas fere omnes creditoribus a suo prædecessore expositas, citius quidem et facilius quam credi aut sperari posset, ad manum et mensam suam revocavit, et curtim Archansiacum [Argansy, ou Algancy] pro 700 libris ab eodem prædecessore suo comiti de Dasburg oppigneratam, per justitiam imperialem et principum sententiam prudenter ac viriliter recuperavit. Consequenter apud Vicem [La ville de Vic] nobilem edificavit domum, et castrum Bascurt [Bassecourt] sibi et posteris suis acquisivit. Nec est silentio prætereundum quod ipse processu temporis, castrum quoddam a Waltrano homine comitis de Bascurt non procul a Saleburc [Sarbourg] firmatum, episcopatu in partibus illis valde nocivum, in manu potenti et valida destruxit.

His ita se habentibus, et ipso quæ pacis, quæ religionis, et quæ justitiae sunt, studiosa tractante diligenter, ecce tanquam in fornace probari eum Dominus volens, et inter sæculi hujus turbines et procellas virtutem ejus clarescere, insperata ipsum persecutione ad tempus flagellari permisit. Cum enim dominum Folmarum Trevirensem electum, a summo pontifice Urbano III contra voluntatem Friderici imperatoris consecratum, de ipsius summi præsulis mandato, cui nec debuit, nec ausus fuit contraire, recepisset, et quæ Cæsar is Cæsari, et quæ Dei sunt Deo reddere cupiens, debitam exhibuisse reverentiam, ad iram et indignationem princeps incitatus, bona ejus universa confiscari fecit, totumque episcopatum Metensem per ministeriales suos in facti hujus vindictam sasiri^d, quasi enorme et detestandum easet pinculum summo obedire pontifici, et plus Deum vereri quam hominem. His ille auditis, personæ sue saluti præsidio fugæ, ut alter Athanasius, consulens, migravit Coloniam, et in ecclesia sancti Geronis, ubi prius canonicus existiterat, spei suæ anchoram figens, ibi asylum, ibi pro exsilio patriam invenit. Ubi non solum a fratribus, et con-canonicis suis, verum etiam ab universo Coloniensi clero, et præcipue a metropolitano illustri Philippo, tanta personæ et meritis ejus præstata veneratio, tantæ dejectioni ejus exhibite compassiones, totque necessitatibus suis a liberalitate eorum collata subsidia, ut eum fere patre et

^a Al. Ennery.

^b Al. Syerch.

^c Werpir, relinquere, cedere; aéguerpir.

^d Al. sasiri, id est, capi et confiscari; gallice, saisir.

reditus in exilio facerent obliisci. Cai cum exacto biennio, gratiae imperialis serenitas opitulatione divina, multisque tam principum quam aliorum supplicationibus redditu fuisse, rediit tandem ad ecclesiam suam, diu desideratus Job noster, sed minime ad duplia restitutus. Qui enim vinum in cellariis, frumentum in horreis, aliaque abundantier bona descendens reliquerat, ita in reditu suo evacuata omnia et penitus exhausta invenit, ut rursus eum recitivis vacare curis et laboribus oporteret, et ad omnium quæ humanis necessaria sunt usibus, acquisitionem quasi de novo accingi. Cujus annis et meritis felix divina miseratio incrementum præstare dignetur, nec desit qui in loco et tempore sequentia ejus gesta tradat annalibus, et a cognitionem transire faciat posterorum.

APPENDIX SECUNDA.

Ad annum 1260 deducta.

Post dominum Bertrannum felicis memorie, sublimatus est in episcopum Metensem dominus Conradus, vir quidem strenuus, ex Teutonicorum progenie ortum dicens, clarus sanguine, sed nobilior moribus et virtute, et inter principes imperii venustate personali et corporis elegantia decoratus. Hic etiam Spirensis episcopus, et imperialis aulae cancellarius, negotia imperii tanquam prudens et fidelis dispensator, animi discretione fidelitatem ipsius comitate, adeo procuravit, quod in talento sibi credito pigre non dormiens, sed sollicite vigilans, domino suo plenam de eo potuit reddere rationem, in requiem Domini sui cum gaudio ingressurus.

Ipse equidem decorem domus Domini et locum ejus habitationis diligens, Metensem ecclesiam exquisitis ornatibus decoravit. In villa de Vico, quod tunc firmata munimine aliquo minime claudebatur, castrum nobile murorum et turrium altitudine firmavit. Et licet ad negotia imperii sibi commissa proxima parte temporis traheretur, nec posset in Metensi diocesi, nisi raro et modice suam presenciam exhibere, tamen in ejus absentia, fama probitatis, providentiae et virtutis ejus militante, terram episcopatus Metensis contra fortis et nobiles et potentes viriliter protexit, et defendit tanquam præsens, et rebellium violentiam cum armis, tum prudentia sagaciter refrenavit. Anno igitur pontificatus sui 13 vilam feliciter finivit, et in choro Spirensis ecclesie seperitur.

Huic successit frater domini Aspermontis dominus Joannes, quem clari sanguinis generositas decorabat exteriori, et morum gravitas interiori illustrabat. Qui cum esset in flore juventutis suæ constitutus, citra annos, qui in electionibus episcoporum requiruntur, immaculata ejus vita defectum statim in eo plenius suppleente, cleri concordia, et letitia populi pariter accidente, assumptus est in episcopum Virdunensem; ubi de die in diem, de bono in bonum proficiens, sic continuavit et auxit suæ famam bonitatis, quod ex merito suæ bonitatis atque actionis, in Me-

tensem episcopum unanimiter est translatus. O virus ineffabile! qui lorica justitiae indutus, clypeo continentiae munitus, galea patientiae protectus, et armis virtutum circumdatus, vultus sui gratia pascebatur videntes, mellita verborum suorum modestia recrebat audientes, humilibus aderat simplicitate columbina, majoribus astutia serpentina assistebat, et tyrannis feritate leonina resistebat! Cum autem in negotiis Metensis ecclesie assidue vigilaret, illustris comes de Dauborc [Dagebourg] viam universæ carnis est ingressus. Cujus filia, quæ haeres unica in hereditate paterna successerat, ab ipso episcopo instanter postulavit, ut feodum sibi redderet, quod pater eius de Metensi episcopo tenuerat; quod episcopus ipse reddidit, non sine mulierum nobilium supplicatione

B et rogatu: ea tamen conditione adjecta, quod si ipsam sine haerede proprii corporis, mori contingeret, feodum ipsum ad Metensem ecclesiam pleno jure rediret, conditione eadem sigillis authenticis commandata, et fide testium pariter roborata. Sed cum eadem comissa sine haerede proprii corporis, oculio quodam Dei iudicio decessisset, dominus Walterus dux de Lemborc, comes Lucelburgensis [Luxembourg], et multi alii nobiles et potentiores de imperio, consanguinei ejus, ac factores, castra quæ erant de feodo prædicto, cum eorum pertinentiis nequiter sasserunt, ea suæ ditioni usurpare, et retinere in perpetuum contra debitum conditionis prædictæ molientes: quibus episcopus, qui virilem et fortem gerebat animum, qui nec extollebatur in prosperis, nec deprimebatur in adversis, prudentia suam concomitante potentiam, potenter resistens et patenter, in longo guerrarum discrimine, in armorum strepitu, labyrintho expensarum tardiu indefesse insudavit, quod divina providentia, quæ in sui dispositione non fallitur, rei exitum prosperavit. Nam idem episcopus comitatum Metensem, et quatuor castra nobilia, Sarabore videlicet, Albam [Sar-albe], Turquestein, et Arestein, quæ erant de feodo prædicto, cum suis appendiciis acquisivit, et Metensi ecclesie perpetuo contulit possidenda. In quorum acquisitione (ut de castrorum fortitudine et amoenitate locorum tacatur), proventus episcopatus sui duplicavit; et insuper advocatione de Marsal, in qua multo plus habebat

C C primatum, qui nec excollebatur in prosperis, nec deprimebatur in adversis, prudentia suam concomitante potentiam, potenter resistens et patenter, in longo guerrarum discrimine, in armorum strepitu, labyrintho expensarum tardiu indefesse insudavit, quod divina providentia, quæ in sui dispositione non fallitur, rei exitum prosperavit. Nam idem episcopus comitatum Metensem, et quatuor castra nobilia, Sarabore videlicet, Albam [Sar-albe], Turquestein, et Arestein, quæ erant de feodo prædicto, cum suis appendiciis acquisivit, et Metensi ecclesie perpetuo contulit possidenda. In quorum acquisitione (ut de castrorum fortitudine et amoenitate locorum tacatur), proventus episcopatus sui duplicavit; et insuper advocatione de Marsal, in qua multo plus habebat

D D advocatione quam dominus, pro quibusdam vieis, quæ erant modici valoris in respectu, permutavit; in quo etiam conditionem ecclesie suæ fecit admodum meliorem.

Cum vero haec sibi propere successissent, et jam locus esset tranquillitatis et pacis, inimicus homo seminavit zizaniam, ac inter ipsum et cives suos Metenses pestem discordia suscitavit: cives quidem prædicti, de quorum adipe processit iniquitas, elevati superbia, villam episcopi, quæ Chates [Château devant Metz, à l'occident, près Saint-Germain] diciunt, ante Metim combusserunt, clericum unum execucerebunt, et multas alias irrogarunt injurias, quas longum esset litterarum memoriae commendare. Quidcumque episcopus dissimulare non posset, competenti

monitione premissa, cives excommunicavit, et manum in eos aggravando, civitatem ecclesiastico suspensus interdicto; et demum civitatem exiens, in monte castri dicti *Saint-Germain*, quod ante Metum firmaverat, se recepit; sed et post ipsum laudabilis et robusta de Porta-Salis [*Le parage de Porte-Seille*] parentela expalsa fuit a civitate, propter civile odium quod latebat inter cives, et maxime quia ipsa parentela ipsi episcopo in jure suo fideliter aderat, et ei laudabiliter adhaerebat: ita quod in civitate nec unus quidem de parentela illa et sibi adhaerentibus remansit, sed omnes inde exierunt, et se in dicto castro repperant, dominibus eorum funditus dirutis, et bonis omnibus suis quæ in civitate reliquerant, confiscatis.

Cum vero idem episcopus dictorum civium malitiam per spiritualem gladium refrenare non posset, invocavit auxilium brachii secularis, ducem videlicet Lotharingie, et comitem Barensem fideles suos, quos jure fidelitatis, qua sibi tenebantur, in auxilium suum contra cives Metenses confederacionis vinculo et interpositione juramenti, qui funiculus difficile rumpitur, colligavit; sed quoniam nusquam tutæ fides, fratrum quoque gratia rara est, dicti nobiles corrupti etiam pecunia, quæ ipsos videntes saepius excœcat, non solum episcopum quem sovare debebant, non sine nota proditionis reliquerunt, verum etiam eidem se opponere præsumperunt, et durante inter eos per trienium guerrarum discriminé, dicti nobiles et commune Metense, cum eis parentelam prædictam in castro prædicto ex improviso obsedebant. Quo auditio episcopus constante constantior, ille firmus cum Abraham, sapientia Salomonis non infectus, patientia Job non expers, spe Simeonis suffultus, quem quidam de fidelibus suis clericis et laicis reliquerant, cum idem episcopus fratrem suum secum non haberet, qui in Franciam se transtulerat, ut cum armatorum potentia redditurus fratri suo subveniret, et episcopus Virdunensis, consanguineus suns, qui sibi libenter in manu potenti affuisset, ad ipsum pervenire non posset, cum fortuna in tantum sibi novercante potuisset alius in eclipsim desperationis incidisse, ita ut de resurrectione ipsius nulla spes haberetur: vir idem resumens vires animi, in Teutoniā ad gentes extraneas se convertit, ubi illustrium virorum de Eurestein et de Daborc comitum, et aliorum multorum nobilium, qui in habenda militia potentes erant, auxilium imploravit. Qui sibi cum prece, tum pretio unanimiter adhaerentes, collecto magno exercitu, ipsum sunt secuti, et in tantum processerunt, quod se super Mosellæ fluvium repererunt.

Quibusdam igitur de suis laudantibus, ut illa nocte fluvium non transirent, nec permitteret episcopus longo itinere fatigatos laborare ulterius transeundo illa nocte, sed procrastinaret transitum, et daret requiem hominibus et jumentis; idem qui plus suo quam aliorum sensu et ingenio regebatur, plus sibi-

^a Id est, *miseratione*, Gal. *pitié*.

^b Id est, *Matthai*.

A metipsi credens quam aliis (licet adversarii sui pro certo tenerent, quod Mosellam de cetero non transiret) Mosellæ fluvium, qui tunc plenis erat alveis, cum exercitu copioso in admirationem multorum trans vadavit, ita quod ne unus quidem remansit, qui fluvium non transiret. Mira res! Si enim illa nocte non transisseant, sic excrevit fluvius nocte ipsa, quod in mane nullo modo transire potuissent. Et sic illi qui in castro obsessi erant, quorum sanguinem concives sui sceleriter sitiebant cum plus quam per octo dies succursum exspectare non possent, et mortis periculo subderentur: sed Salvator, qui omnes homines vult salvos fieri, et neminem vult perire, dedit episcopo voluntatem transeundi, et transit, terrasque dictorum nobilium ingressus, ponens in Domino anchoram B suæ spei, elegit potius se et suos committere Martis discrimini, quam jus ecclesiæ suæ relinquere inde sensum, et amicos suos mortis periculo subjacere.

Et cum in medio terrarum ducis et comitis, quibus etiam commune [*La commune de Metz, la bourgeoisie*] civium Metensioum aderat, paratus esset configere cum eisdem, et cum jam starent hinc inde castrorum acies terribiliter ordinata, processit in medio venerabilis episcopus Tullensis, genu flexo supplicans, et orans, et suadens Metensi episcopo ut recuperet verba pacis.

C Idem igitur episcopus illi parentele compatiens, tanquam fidelitatis illorum, quam erga dominos suos studio devotionis ab antique exercuerant nec immemor, nec ingratu, pietate a ipsorum duci, ut eos posset sine periculo corporum et rerum liberare; quibus redemptio seu liberatio alias quam ipso medante non patebat; et quia dubii sunt eventus bellorum, elegit in eorum liberationem certitudinem compositionis et pacis. Et sic ipse quem suorum movebat pietas, et adversarii sui in quos timor tremorque repente irruerant, pestem guerræ gravissimæ pace læta, et laudabili concordia, mediante Tullensi episcopo, profusis multorum lacrymis, confuso humani generis iniurico, terminarunt. Ideoque episcopus, et fidelis, robusta et constans de Porta-Salis parentela, cum gaudio ad propria redierunt. Quinto decimo autem episcopatus sui anno, presidente domino Innocentio papa quarto, ac domino Friderico filio domini Henrici imperatoris regnante, vitam feliciter consummavit, et sepultus est in choro majoris ecclesiæ Metensiis. (An. 1238.)

Hujus enim fuerat, quod habent hoc tempore raro,
Mitis vita, manus munda, pudiea caro.

D Post hunc in vinea Domini Metensis ecclesiæ concorditer enituit secunda plantatio, propagatus indigena reverendus pater Jacobus Metensis episcopus de regali prosapia, frater nobilis viri quondam Malheu ducis Lotharingie ex patre Ferrico ^b quondam duce Lotharingie de sorore comitis Barensis procreatus. Qui episcopus de nobili progenie, præclarior virtutibus et moribus fulgebat; in quo quidquid virtutes

^c Id est, Friderico.

desiderant, confuebat, videlicet pacis amicitia, pudicitiae cupiditas, in potentia strenuitas, in strenuitate claritas, benignitas, sapientia, prudentiaque temperata, ac in eodem justitia, forma boni livre carens, elementa conjunxit, virtusque inserta resplenduit, pacis robore discordias suffocando, imperturbatus exstiterat inter prospera et aduersa, morum ornamentiis undique circumseptius.

Cujus decorum virtutum sol et luna mirabantur; cui regnanti concordia patriæ totius applaudebat, quam in præsenti ipso semoto ^a plaga pestilentiae non reliquit, cum non sit qui sanet vulnera patriæ conturbatæ, aut qui jacenti concussæque dexteram porrigit miserantis. Metensis diœcesis quæ sub ejus umbra fuerat patriæ robur fortitudinis, facta est per ejus eclipsim viribus imbecillis ac procellis intumescitibus non modice conquassatur, grexque Dominicus jam fere appetat pastorali regimine destitutus: qui suo tempore flectens habenas circum adjacentium rerum, cuncta sub juris regula limitabat, et conatus cupiditatis infringens, ejus morsus illicitos refrenabat, dum ædificia quæque suæ diœcesis diruta vetustate, sumptu mirabili visus est undique reparare, villas, castra, et castella debilia roborando, novaque construendo; eandemque diœcesim quanplurimis acquisitis de novo possessionibus decorando. Nam in oppido Salebore [Sarbourg], quod tempore prædecessoris sui ardentि desiderio fuerat inchoatum, munitiobibus insignibus, turribus et fossatis, et murorum propugnaculis fortissimis consummavit; et de Alba [Sar-albe], de Herrestein et de Druchetin [Turkestein] turre et muros in melius reparavit, novas cisternas profundando; villas quoque de Vico et de Marsallo adeo firmavit, quod ab hostilibus insultibus nos valeant expugnari; ac circa villam de Rembervilleir, quæ sepius erat circumdata, clausura murorum fortissimorum, et viginti quatuor altarum turrium decore circumfulsit ^b, castrumque Spinalense et oppidum magnis firmitatibus reparavit, et castrum de Conflans, quod fere corruerat vetustate consumptum, munitionibus turrium et murorum decoravit, fossatisque profundis præmunivit.

Insuper juxta veterem Homborc, speculam totius mundi, castrum de novo construxit in cacumine cuiusdam montis deserti, quod Homborc adhuc nominatur, opere nimium sumptuoso, et inæstimabilibus expensis, ad totius episcopatus tuitionem, ubi militum, civium, incolarum, et episcopi castra præfulgent ab invicem separata, murorum altitudine, et turrium fortitudine, ac ædificiorum decore insignata, ubi de

^a Id est, mortuo.

^b Id est, circummutavit a fulcio

^c Habundanges supra dicitur

A redditibus mensæ episcopalibus sacerdotes canonicos instituit cum sufficientibus redditibus, ad cultum divini numinis deputatos, ipsumque stagnorum et molendorum ædificatione adornavit. Item in abbatis Belli-Prati [Beaupré, Ord. Cil.], et Salli-Vallis [Salm, Ord. Prem.], aliisque locis erexit innumerabilia ædificia operibus sumptuosis. Insuper acquisivit feodium de Albo-Monte reddibile cum suis appendiciis omnibus, ab episcopo metensi perpetuo possidendi.

Præterea cum Ecclesia direxisset aciem contra dominum Conraldum filium Friderici imperatoris, post sententiam depositionis latam in eundem, idem dominus Jacobus cum manu potenti, et brachio ex celo veniens in adjutorium Ecclesie, per virtutis suæ ac militiæ fortitudinem et industriam dictum

B Conraldum mirifice fugavit et devicit, impensis innumerabilibus non parcendo. Item feodium de Marimont cum appendiciis suis reddibile, et de Rockevignes reddibile cum appendiciis suis, et feodium de Gabondanges ^d cum appendiciis suis episcopatui reddibile ab illustri viro Th. comite dicto Soiberto, in perpetuum acquisivit. Item ab illustri viro domino Henrico de Salmis feodium de Pierreperte ^e cum appendiciis suis, et reddibile cum hommagii acquisivit. Item a domino Th. de Creincourt acquisivit domos cum appendiciis suis. Et a Domino Werico dicto Le Vogien, partem sue advocatice de Valle de Fau. Item a domino Petro filio domini Petri quondam militis de novo castro, advocatiam de Castris ante Metum [Châtel devant Metz]. Item acquisivit ab advocate

C advocatiam Metensem. Item cum discordia inter ipsum et F. ^f ducem Lotharingie nepotem suum ^g super eo quod ipse petebat ab ipso partem sue hereditatis ex parte patris et matris sibi provenientem; tandem per pacem obtinuit, retinuit, et habuit quidquid idem dux habebat apud Marsallum, et apud Vicum, et apud Remereville, et apud Corbesal [Courbesal], et apud Sellacort, et apud Remervilleir, et apud Sonneville, et apud Villeines, et apud Bissoncourt, sicut in litteris super hoc confessis plenius continetur: quæ omnia per prædictam pacem acquisita, idem episcopus consultit episcopatui Metensi, sicut plenius in litteris suis continetur. Qui tam in temporalibus quam in spiritualibus viginti duorum annorum curriculis circumspecte gubernans diœcesim, post haec feliciter triumphans in Domino, cum patribus obdormivit.

D Actum anno millesimo ducentesimo sexagesimo, mense Septembri, Alexandro papa quarto in summo pontificatu presidente.

^d De petra pertusa, supra.

^e Ferricum.

^f Desideratur orta est.